



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Melchiadis papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

zati sunt Romane ecclesie regulam tenentes per manus impositionem reconciliari precipimus. Manus impositionis sacramenta magna veneratōe tenenda est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs quam ab ipsis apostolis legitur aut sciri potest pacta esse, neque ab alijs (sicut iam dictum est) quam ab illis quod eorum locum tenent vniuersi perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter presumptum fuerit, irritum habeat & vacuum, nec inter ecclesiastica vniuersa reputabuntur sacra. De cetero fratres gaudete & exultate in domino, ut sancti spiritus gratia illuminati & confortati, vos vestrosque ad pascha eterne vite peruenire atque perducere ad ministrum domino valeatis. Gratia domini nostri Iesu Christi & charitas dei & conuocatio spiritus sancti sit semper cum omnibus nobis. Amen. Data. VIII. Calen. Septemb. Constante. C. consule.

### Incipiunt decreta Melchiadis pape.



lectissimis fratribus, Marino, Benedicto, Leocicio, & ceteris Hispaniarum ac illis in partibus constitutis episcopis, Melchiadis apostolici precepti verba sunt apud Iudaeos atque gentiles sine offensione nos esse debere, hoc quod christianus est tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illi manere poterit ante deum, quod hoc detrahitur, etiam fidelibus exhibere. Nam quod aliter nos quam neminem perire volumus ista contristat quod autoribus christianis percellunt animos christianos, dominicus in euangelio sermo testatur. Ait enim ipse saluator quod expediat scandalizanti vniuersum de pusillis in maris profundum demergi. Ideo quod sit eius iam poena quam cui tale supplicium legimus expedire. Quapropter ista charissimi valde sunt verba ponderanda & cauenda, ne pro temporalibus aeterna, & pro caducis mensura, & pro prauissimis temporalibus perdantur (quod absit) perpetua gaudia. Unde vos rogamus & obsecramus ut nullus alteri noceat, neque infestus aut nocens existat, sed iuxta apostolum alter alterius onera portet ut legem Christi adimpleat, & nolite iudicare iniuste, sed iuxta eundem apostolum hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Primo semper omnia diligenter inquirite, ut cum iustitia & veritate definiatis. Neminem condēnetis ante verum & iustum iudicium. Nullum suspitionis arbitrio iudicetis, sed primum probate, & postea charitatiua proferte sententiam. Et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere. Memoretur sermonis domini semper, quod ait, Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condēnare, ut non condēnemini, in quo ei iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Episcopos nolite iudicare, nolite condēnare absque sedis huius auctoritate. Quod si feceritis, irrita erunt vestra iudicia, & vos condēnabimini. Hoc enim privilegium huic sanctae sedi a temporibus apostolorum statutum est seruari, quod illa summanet usque in hodiernum diem. Episcopos ergo quos sibi dominus oculus elegit & caluina ecclesie esse voluit, quibus etiam ligandi & soluendi dedit potestatem suo iudicio referuauit, hoc privilegium beato clauigero Petro sua vice solummodo commisit. Quod eius iustae prerogatiuae succrescit sedi futuris hereditandum atque tenendum temporibus, quoniam & inter beatos apostolos fuit quod a discretio potestatis. Et licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est ut alijs premineret, eorumque quod ad quaelibet veniret causas & interrogaciones prudenter disponeret. Quod dei ordinatōe taliter ordinatum esse credimus, ne omnes posterorum cuncta sibi vindicaret, sed semper maiores causas sicut sunt episcoporum & poriorum curam negotiorum ad vnam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent, ut inde suscipiantur iudicio, unde acceperunt initium institutionum, ne quoniam a suo discreparet capite. Si vero se viderit quisque vestrum praegravari, hanc sedem appellet, huc recurrat, ut semper instituta fuerit consuetudo, quod & voluntarie eis copatiemur & libere prout dominus dederit administrum feremus. Nec a quoquam fratres inhibeat aut obiurgat quod nostrae consors consensionis esse voluerit, sed magis ei veniendi auxilium praestet, quod sufficit vnicuique obiurgatio quod sit a plurimis, ut iuxta apostolum magis donetis & consolemini, ne forte abundantia oritur tristitia absorbeatur quod in angustia est. Propter quod obsecro vos, ut ipse ait, ut confirmetis in illo charitate. Eorum enim os accusandi sacerdotes vel testificandi in eos obstruimus, quos non humanis, sed diuinis vocibus mortuos esse scimus, quoniam infidelis homo mortuus est in corpore viuente, nec in suspitione veniat homo fidelis, ut dicat aut faciat ea quod pati non vult. Si quis fidelis est, videat ne falsa loquat, aut cuiquam infidias ponat. Facile est ergo hominem fallere, non tamen deum. Sapiens non est qui nocet. Et nihil mali vult quod est fidelis, in his enim fidelis & infidelis hominem cognoscere possumus innocendo & adiuvando, ut ipsa veritas ait. Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bona, & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala, ex abundantia enim cordis os loquit. Pro nobis enim dicit dominus per prophetam. Eos vero quod iudicat vos, ego iudicabo. Et iterum ad seruos dixit. Nolite timere opprobrium hominum & blasphemias eorum ne metuatis. De talibus quod propheta canit, dicens. Non sic inquit, sed tanquam puluis quem proicit ventus, propterea non resurgat impius in iudicio neque peccatores in congregatōe iustorum. Quomodo enim nouit dominus viam iustorum & iter impiorum prohibet. Quare conturbatae sunt gentes, & plebes meditantur inania. Consurget reges terre, & principes tractabunt pariter aduersus dominum & aduersus Christum eius. Distrupamus vincula eorum, & percipiamus a nobis iugum ipsorum. Habitator caeli ridebit, & dominus subsannabit eos. Tunc loquet ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et alibi dixit,

A  
Anno dñi  
31. repute  
Daxim  
ni imper.

K Scelus

## Decreta Melchiadis pape.

Scelus impij in medio cordis eius nō est timor dei ante oculos eius. Qm̄ dolose egit aduersus eū in oculis eius, vt inueniret iniquitatem ad odiū. Verba oris eius iniquitas & dolus, cessauit cogitare vt bñfaceret. Iniquitatē cogitat in cubili suo, stabit in via nō bona, malū nō abijciat. Dñe in cœlo mīa tua, fides tua vsq; ad nubes, iustitia tua sicut mōtes dei, iudicia tua abyssus multa. Hoīes & iumēta saluos facies dñe, quā p̄ciosa mīa tua deus. Et filij Adā in vmbra alarū tuarū sperabunt. Inebriabuntur de pinguedine domus tuæ & torrentē deliciae tuarū potabis eos. Qm̄ tecum est fons vitæ & in lumine tuo videbimus lumen. Attrahe misericordiā tuā sciētibus te, & iustitiā tuā rectis corde. Non veniat mihi pes superbiæ, & manus impioꝝ non me cōmoueat, ibi ceciderunt opantes iniquitatē, expulsi sunt & nō potuerunt surgere. Audiuius a quibusdā ffibus quibus infesti eratis nimis q̄ iurgia & discordiæ sint inter vos. Propterea ista scripsimus vobis mādantes, vt ita teneatis sicut & ab apostolica sede vobis tenenda mādantur. Vñ & dñs in euangelio militibus interrogantibus r̄ndit dicens. Neminē cōcutiatis neq; calumniā faciatis, sed cōtenti estote stipēdijs v̄ris. Concutit em̄ hoīem qui illū iniuste cōturbat, de his hæc vobis inter dū sufficiāt. Si aut̄ maioribus indigeritis vita comite mittite & mittentur vobis. ¶ De his vero sup̄ quibus rogastis vos informari, id est vtrū maius esset sacramentū manus ip̄positio ep̄oꝝ aut baptismus. Scitote vtrūq; magnū esse sacramentū. Et sicut vnū a maioribus fit. i. a summis p̄tificibus quod a minoribus p̄fici nō p̄t, ita & maiori veneratione venerandū & tenendum est, sed ita cōiuncta sunt hæc duo sacramēta vt ab inuicē nisi morte p̄ueniēte nullatenus possint segregari, & vnū sine altero rite p̄fici nō p̄t. Nā vnum p̄ueniente morte salua re sine altero p̄t, aliud autē nō potest. Vñ scriptum est. In diebus illis dicit dñs effundā de spiritu meo sup̄ omnē carnē. Aduertamus summas diuitias bonitatis dei. Quod in cōfirmādis neophitis manus ip̄positio tribuit singulis, hoc tunc spiritus sancti descensio in credētium populos donauit vniuersis. Sed quia dicimus quod manus ip̄positio, & cōfirmatio, & qui iā regeneratus in Chr̄o est, confirmare aliquid possit forte cogitet sibi aliquis. Quid mihi prodest post mysteriū baptismatis mysteriū cōfirmatōis? Aut q̄tum video nō totū de fonte suscepimus si post fontē adiectiōe noui ḡnis indigemus. Nō ita dilectissimi attendat charitas v̄ra. Sicut exigit militaris ordo, vt cum impator quēcunq; in militū receperit nūcū, nō solū signet receptū, sed etiā armis cōpetentibus instruat pugnaturū. Ita in baptizato bñdictio illa munitio ē. Dediti militē, da ei adiumentū militiæ. Nūquid prodest si quisq; parētū magnā pupillo cōferat facultatē nisi p̄uidere studeat & tutor ē. Itaq; pacletus regeneratis in Chr̄o custos & cōsolator & tutor est. Ideo dicit sermo diuinus. Nisi dñs custodierit ciuitatē frustra vigilat qui custodit eā. Ergo sp̄s sanctus qui sup̄ aq̄s baptismi saluifero descēdit illapsu in fonte pulchritudinē tribuit ad inocētā, in cōfirmatōe augmētū p̄stat ad gr̄am, quia in hoc mūdo tota ætate victuris iter inuisibiles hostes & picula gradiedū est, in baptismore regeneramur ad vitā, post baptismū cōfirmamur ad pugnā. In baptismo abluimur, post baptismū roboramur, at si cōtinuo trāsituris sufficiāt regenerationis bñficia, victuris at̄ necessaria sunt cōfirmatōis auxilia. Regnatio p̄ se saluat mox in pace bñ seculi recipiēdos, cōfirmatio at̄ armat & instruit ad agones mūdi huius & p̄lia referuādos. Qui at̄ post baptismū cū acquisita innocētia immaculatus puenit ad mortē cōfirmatur morte, quia nō p̄t peccare post mortē. Hic si forte illud etiā requirere velimus post passionē & resurrectionē Chr̄i, quid apl̄s profuerit aduentus sp̄s sancti, ipse dñs eis euidenter exponit. Quæ dico (inquit) vobis nō potestis ea portare mō, cū at̄ venerit ille sp̄s veritatis ipse docebit oēm veritatē. Vides quia cū sp̄s sanctus infunditur cor fidele ad prudentiā & cōstantiā dilatatur. Itaq; an̄ discensionē sp̄s sancti vsq; ad negatōem apostoli deterrētur, post visitatōem vero eius vsq; ad martyriū cōtēptu salutis armatur, scdm̄ hoc p̄ Chr̄m redimimur p̄ sp̄m̄ vero sc̄m̄ dono sapiētiae sp̄ialis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruiamur, cōsummamur, vt illā sc̄i sp̄s vocē audire possimus. Intellectū tibi dabo & istruā te i via hac q̄ gradieris. De sp̄u sc̄o accipimus, vt sp̄iales efficiamur, quia aīalis homo non p̄cipit ea q̄ sunt sp̄s dei. De sp̄u sancto accipimus, vt sapiamus inter bonū malūq; discernere, iusta diligere, iniusta respuere, vt malicię ac sup̄bię repugnemus, vt luxurię ac diuersis illecebris & sc̄dis indignisq; cupiditatibus resistamus. De sp̄u sc̄o accipimus vitæ amorē & glorię ardorē, vt succēsi diuinitus erigere a terrenis mentē ad sup̄na & diuina valeamus. ¶ Ieiunium ergo dñici diei & quintæ ferię nemo celebrare debet, vt iter ieiunij chr̄ianorū & gētīlīum veraciter credētū atq; infidelīū & hæreticoꝝ vera & nō falsa discretio habeat, vñ scriptū ē. Quæ ps Chr̄i ad Belial, aut q̄ ps fideli cū infideli? Quæ at̄ participatio iustitię cum iniquitate? Et iteꝝ. Nolite iugū ducere cum infidelibus. De cætero fr̄es videte ne quis vos decipiat inanibus verbis, neq; p̄ philosophiā & inanē fallaciā scdm̄ traditionē hoīm scdm̄

elemen

elemēta mūdi, & nō secūdu Christū, q̄a in Christo habitat oīs plenitudo diuinitatis corpora liter, & estis in illo repleti q̄ est caput oīs principatus & potestatis, in quo & circūcisi estis, circūcisiōne nō manufacta in expoliatiōe corporis carnis in circūcisiōe Christi cōsepulti ei in baptismo in quo resurrexistis p̄ fidē operatiōis dei q̄ fulcitauit illū à mortuis, Et vos cū mortui essetis in delictis & p̄putio carnis vestræ cōiuiuificauit cū illo, donās vobis oīa delicta, dolens q̄ aduersum vos erat chirographū decreti q̄d erat cōtrariū nobis, & ip̄m tulit de medio & affigens illud cruci, expoliās principatus & potestates traduxit cōfidēter palā triūphās illos in se metipso, Nemo ergo vos iudicet in cibo & potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorū q̄ sunt umbra futurorū, corpus autē Chri. Nemo vos seducat volēs in humilitate & religione angelorū q̄ nō vidit ambulās frustra in flatus sensu carnis suæ, & nō tenēs caput, ex quo totū corpus p̄ nexū & cōiunctiōne subministratū & cōstructū crescit ī augmētū fidei. Si mortui estis cū Christo ab elemētis huius mūdi q̄d adhuc tanq̄ viuētes in mūdo decernitis, Ne tingeris, neq̄ gustaueritis, neq̄ cōtrectaueritis q̄ sunt oīa in interitu ipso vsu secundū p̄cepta & doctrinas hoīm, q̄ sunt rationē q̄dā habētia sapiētiae in superstitiōe & humilitate, & nō ad parcendū corpori, nō in honore aliquo ad saturitatē carnis. Igit̄ si cōsurrexistis cū Christo q̄ sursum sunt q̄rite, vbi Chr̄s est in dextera dei sedēs, q̄ sursum sunt sapite nō q̄ sup̄ terrā. Mortui em̄ estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in deo. Cū Chr̄s apparuerit vita vestra tūc & vos apparebitis cū ipso in gloria. Mortificate ergo mēbra vestra q̄ sunt super terrā, fornicatiōne, immunditiā, libidinē, cōcupiscētiā malā, & auaritiā q̄ est simulachrorū seruitus, propter q̄ venit ira dei in filios incredulitatis. In q̄bus & ambulastis aliq̄n cū viueretis cū illis. Nūc autē deponite vos omnē irā, indignationē, malitiā, blasphemiam, turpē sermonē de ore vestro. Nolite mentiri inuicē expoliantes vos veterē hominē cū actibus suis & induētes nouū eū q̄ renouat in agnitiōne secūdu imaginē eius q̄ creauit eū, vbi nō est Iudæus & gētilis circūcisio & p̄putiū, Barbarus Scythā, seruus & liber, sed oīa in oībus Chr̄s. Induite ergo vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatē, humilitatē, modestiā, patientiā suppōtates inuicē, & donātes vobismetipsis, si qs aduersus aliquā habet q̄relā. Sicut & Chr̄s donauit vobis, ita & vos. Sup̄ autē oīa hęc charitatē hātes q̄d est vinculū p̄fectiōis. Et pax Chri vigeat in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Verbū dei habitat in vobis abūdāter in omni sapiētia docētēs & cōmonētes vsmetipsos psalmis, hymnis, & canticis sp̄ualibus in grā cātantes in cordibus vris deo. Omne q̄dcūq̄ facitis in verbo aut in ope, oīa in noīe dñi n̄i Iesu Chri facite, gr̄as agentes deo & patri p̄ ipsum. Vos charissimi nolite deficere bñfacientes. Quod si aliquis fuerit q̄ nō obediērit verbis apostolicis, hunc notate, & nō cōmisceamini cū illo, vt cōfundat, Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt frat̄, deus autē pacis det vobis id ipsum sapere in alterutrū & in oēs, & ipse sit semp vobiscū in omni loco. Amen. Data Calen. Martias, Volufiano & Rufino viris clarissimis consulibus.

## De primitiua ecclesia et Synodo Nicena.



E mo qui scripturas diuinas legit, ignorat, q̄ in principio nascētis ecclesiæ discipulis in vnū cōgregatis cū multitudine credentiū, in q̄bus erat cor vnum, & aia vna, quiq̄ vendētes pr̄dia & possessiones suas afferebāt, & diuidebat singulis prout cuiq̄ opus erat. Futurā nāq̄ ecclesiā in gētibus apostoli p̄uidebāt, maximeq̄ q̄a dñs illis pr̄dixerat, euntes in mundum vniuersum pr̄dicantes euangeliū, vel quia expellendi erant à Iudæa, nouerant se in gentibus dispergendos, ecclesiāq̄ cōgregandā ex rudi populo. Idcirco pr̄dia in Iudæā minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouēdos egentes. At vero cū inter turbines & aduersa mundi succresceret ecclesia, eo vsq̄ peruenit vt nō solū gentes, sed etiā Romani principes (qui pene totius orbis monarchiā tenebant) ad fidē Christi & baptismi sacramenta cōcurrerēt. Et q̄bus vir religiosissimus Cōstātinus primus fidē veritatis patenter adeptus, licentiā dedit per vniuersum orbē suo degentes imperio non solū fieri christianos, sed etiā fabricandas ecclesias, & pr̄dia tribuēda cōstituit. Deniq̄ idē p̄fatus princeps donaria immēsa, & fabricā tēpli primæ sedis beati principis apostolorū instituit, adeo vt sedē imperialē quā Romani principes possederant, relinqueret, & beato Petro suisq̄ p̄sulibus profuturā cōcederet. Idē vero p̄sidentis in sc̄tā synodo quę apud Nicænū cōgregata est, cū q̄relā quorundā cōspiceret corā se deferendā ait, vos à nemine d̄iudicari potestis, q̄a solius dei iudicio reseruamini, d̄i etenim vocati estis. Idcirco nō potestis ab hoīb̄us iudicari. Ab illo etem̄ tpe & deinceps viri religiosissimi nō solū possessiones, & pr̄dia quę possederāt, sed etiam semetipsos domino consecrarunt ædificantes basilicas in suis fundis in honore sc̄torū, martyrum per ciuitates ac monasteria innumera, in q̄bus cœtus do